



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

4. Quae differentia inter consuetudinem juxta legem? contra legem & praeter legem? quae ex his juris constitutiva? quae conditiones consuetudinis contra legem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

fic frequentatos esse, ut probabiliter in  
 communitatis notitiam devenire potue-  
 rint. *Abbas in cap. ult: de consuet. 3.* Scientia  
 & tacitus consensus potentis legem con-  
 dere: namque in eo differunt. *cit. L. 35.*  
*sup: suar: libr. 7. de leg: cap: 2.* lex sive insti-  
 tutio, & consuetudo, quod in illa expref-  
 sus consensus, in hac tacitus interveniat:  
 tacite autem Princeps consentire & ap-  
 probare censetur. *S. Thom: 1. 2. q. 97. à 3 ad 3.*  
 si sciens populi morem, cum posset prohibe-  
 re non prohibeat. 4. ut actus à majori  
 parte populi certo tempore frequentati  
 sint, animo inducendæ obligationis &  
 consuetudinis. *Molin: tr. de just. disp: 77.*

4. Porrò cum triplex consuetudo distin-  
 gui soleat secundum legem, præter legem,  
 & contra legem, tradita à nobis definitio  
 sup: & assignatæ conditiones tantum con-  
 veniunt consuetudini, quæ est præter le-  
 gem, quia hæc sola juris constitutiva est  
 per tacitum consensum, ubi lex scripta per  
 expressam voluntatem promulgata defi-  
 cit. Quod verò attinet ad consuetudi-  
 nem secundum legem (de qua sermo est  
*Luc: 2. Cap. ut facerent secundum consuetu-  
 dinem.*

*dicem legis pro eo:*) illa supponit legem scripto vel verbo præexistentem, quam consuetudo approbat & confirmat. *Gratian. super cap: in istis dist. 4. l. 37. ff. de leg leges enim instituuntur cum promulgantur, firman- tur moribus cum utentium approbantur. Quare dictum, Glossæ & DD. in cap. sopita de cens: Quod duplici jure fulcitur is, cui & lex & consuetudo assistit. non ita accipien- dum est, Suar. sup. cit. lib. 7. cap. 4. num: 15. quasi leges per consuetudinem confirma- tæ duo sint vincula vel jura distincta, sed unum id verò firmitus magisq; indubita- tum, quippe virtualiter quasi ex duplici jure compositum.*

5: Quantum verò ad consuetudinem contra legem, per illam propriè non constituitur jus sed tollitur, quare non tam jus consuetudinis dici debet, quàm jus defues- tudinis: cujus conditiones brevi com- pendio duæ recensentur. *L. fin. cap: ult: de consuet: videlicet ut sit rationabilis, & le- gitimè præscripta. Prioris regulam assi- gnant nonnulli, videlicet eam consuetu- dinem, ut rationabilem censendam esse, quam jura ipsa non improbant, non leges,*  
non